

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertatio Theologica De Baptismo Apostolorvm Hoc De
Mysterio Sententiam Evolvens Eivsdemqve Ad Ipsorvm
Vsque Excessvm Historiam Perstringens**

Hosmann, Gustav Christoph

Kiliae, [MDCCXXXII?]

VD18 13278266

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-16850

POTENTISSIMI
DANIÆ AC NORVAGIÆ

REGIS

INTIMO STATUS ET REGIMINIS
ADMINISTRO

ILLVSTRISSIMO DOMINO

OTHONI BLOME

ORDINIS ELEPHANTINI

EQVITI AVRATO

DOMINO

IN NEVENHOFF KALTENHOFF

ET BIRCKENMOHR

PATRONO SVO GRATIOSISSIMO

QVALESCVNQVE HASCE

STVDII SVI THEOLOGICI

PRIMITIAS

TENVE MVNVSCVLVM

SED DEVOTISSIMA MENTE

D. D. D.

RESPONDENS



ILLVSTRIS SIME DOMINE!

Nihil, fateor, vel ingenium
vel industria offerre cui-
quam potest, dignum sa-
tis existimandum, cui tesserae instar
systaticae: ILLVSTRIS SIMI
NO.



NOMINIS TVI ornamentum,
antiquo scriptorum more, praefiga-
tur; tantam eidem ingentis animi
TVI summum et prope immensum
decus, meritorumque TVORVM
immortalium et multitudo et splendor
incomparabilis, iampridem adiunxe-
runt gloriam, tantamque omnium
conciliarunt admirationem. Leuat
tamen audaciae quam mihi indui gra-
uissimam caeteroqui culpam, iustam-
que quam cum maxime subeo repre-
bensionem, incredibilis illa excelsae
TVÆ mentis erga litteras litteratos-
que propensio, quae tot inter heroi-
cas virtutes ita in TE eminet omni-
umque adeo perstringit oculos, vt
hac



haec ipsa cum primis, in supremi cul-
minis fulgore, posteritati in quod per
omnes saeculorum aetates intuea-
tur specimen exemplumque proponere
eruditis quidem videare. Spero id-
circo et omnino etiam confido, cum
omnes fere nostri ordinis homines,
quibus aliquem ingenii doctrinaeque
locum tribuis, tam insigni prorsusque
singulari complectaris gratia, totque
magnis adsidue ornes beneficiis, im-
mo religione quadam **TIBI** obstrin-
gas, fore, ut hoc etiam qualecun-
que meae erga **TE** pietatis, atque
ardoris iuxta, quem in iis qui ve-
stibulum modo scientiarum ingressi
sunt, pro summa iudicii **TVI** ae-
quita-



quitate, haud contemnendum, quin
potius laudabilem ducis, publicum
quod demississima mente offero, et san-
ctissimi utique argumenti, testimo-
nium perbenigne, et serena ut con-
sueuisti fronte, accipias; meque in
deuotissimis TVIS censeas habeas-
que clientibus, qui DEVM T. O. M.
seriis precibus enixe venerantur: ut
felicitatem TVAM florentissimam,
gloriamque cui nihil iam addi potest,
propriam TIBI ac perennem esse,
vegetamque corporis incolunitatem
prosperrimamque valetudinem TVAM
cum ipsa inter mortales vita, ad lon-
gissimos quippe humanae conditionis
terminos, quod omnes cupiunt optant-
que,



que, proroganda, quam serissime iu-
beat finiri. Scriebam Kiliae, in
Academia Christian-Albertina VI.
Cal. Martii M DCC XXXII.

TIBI

ILLVSTRISIME DOMINE

devota mente obsequiosissimus
AVGVSTVS DIETRICHSEN





I. N. I. C.

SECTIO I.

APOSTOLORVM HOC DE MYSTERIO
SENTENTIAM EVOLVENS.

DEFINITIO.

Baptismus est mysterium initiationis sub nouo Testamento ordinatae necessitatis, aeternae salutis causa diuinitus institutum, quo homines vtriusque sexus et cuiusuis aetatis, per abluitionem, naturali aqua, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, et ordinarie ab Ecclesiae ministro peragendam, Spiritu S. propter diuinam institutionem ad aquam accedente, fidemque in infantibus quidem producente in adultis vero confirmante, in foedus gratiae a DEO recipiuntur, cuius efficacia per totam eorundem vitam sese extendit.

THESIS I.

Baptismus est mysterium initiationis, proinde semel rite collatus non debet iterari.

Prius huiusce positionis membrum, siue antecedens, tantum non iisdem verbis adfirmavit Paulus Coloss. II. 11. seq. vbi *Baptismus in locum circumcisionis successisse* edisseruit; cui clarissimo effato alia eiusdem

A

Apo-

